

ad eos. Ecce introcuntibus uobis in ciuitatem. 163.  
occurret uobis homo. amphoram aque portans.  
Sequimini eum in domum in qua intrat. et di-  
cetis patri familias domus. Dicit tibi magister.  
Ubi est diuersorium. ubi paschacum discipulis  
meis manducem. et ipse ostendet uobis caenacu-  
lum magnum stratum. et tibi parate. Eunt es  
autem. inuenerunt sicut dixit illis. et parate  
runt pascha. Et cum facta esset hora discubuit.  
et duodecim apostolicum eo. Et ait illis. Desidero  
desideraui hoc pascha manducare uobiscum.  
antequam patiar. Dico enim uobis. quia ex hoc  
non manducabo illud. donec impleatur in  
regno dei. Et accepto calice. gratias egit. et dixit.  
Accipite et diuidite inter uos. Dico enim  
uobis. quod non bibam de generatione uitae  
donec ueniat regnum dei. Et accepto pane.  
gratias egit et fregit. et dedit eis dicens. Hoc  
est corpus meum quod pro uobis datur. hoc  
facite in meam commemorationem. Simi-  
liter et calicem. postquam caenauit dicens.  
Hic est calix nouum testamentum in sanguine